4

# In hoc libello cõtinent᷑

Reliquiæ cũ indulgẽcijs Monaſterij S. Maximini Cõfeſſoris
& Archiepiſcopi Treuirorum :-

S. Agriciꝰ Ar. Tre. Helena ⁊ Cõſtãtinꝰ fũdatores S. Maximinꝰ Ar. T.



Monaſterij ſancti Maximini confeſſoris chriſti beatiſſimi ac clariſſimi Treueroꝝ Archiepi ſiti ad aquilonarem plagam in prato Martis iuxta menia antiquiſſimę ſiml'& ſanctiſſimę ciuitatis Treueris noticiam fidelib⁹ populis exhibituri ac declaraturi ſcrinata eius prefulgida/ vtile rati ſum⁹ & quā-dignissimā inprimis fundationem ipſius premittam⁹: hoccine enim pacto ad alia laudum preconia perſtringenda liquidius iter patebit Verum id prima fronte contuendū occurrit. hoc inſigne monaſterium/ cum eccleſia/ queadmodum & reliqua vetuſciora ſacra loca vrbi adiacētia plures habuiſſe fūdatores, inſtauratores, reparatores: cauſantibus iſtud bellis & euerſio-nibus multifarijs. quibus ſepenūero (dictu lugubre) vrbem Treuericā ſubiacuiſſe propatulū eſt/ Augmētatorē/ & eccle-ſiaſticę & publicę rei diuū Conſtantinū imꝑatorē inuictiſſimū Helene preclarę auguſtę filiū patrem Auguſtorū cui epithe-ton magnificentie ſcribentes magnū cognominant. materno ductum amore & rogatu huius monaſterij primū auctorem & fundatorem fuiſſe. non modo fidelis antiquitas/ ſed & lite-rę vetuſtiſſimę tum ſummorū pontificum/ tum Imperatorū ac regum eo loci conſeruatorū tradūt: maxime id declarātib⁹ ferme e vicino literis inclyti Dagoberti eiuſce nominis primi francorum regis: quē primū inter reges preter Philippum & Cōſtantinum memoratū Imꝑatores eccleſias erexiſſe/ pluri-buſqꝫ donis extuliſſe nō defuerūt qui ſcriberent. Hic Dago-bertus/ neſcio qua allectus cōplacentia. & nouitatum/ immo antiquitatum percupidus maturo prehabito conſilio/ cū epiſ-copis & regni primoribus legatos ex vrbe Maguntina/ ad Memilianū huius imperialis Cenobij decimū tertium abbatē direxit mandans vt diligenter inquireret/ ſibiqꝫ per ſeipſos indicaret quibus auctoribus hoc monaſteriū beati Maximini conſtructum/ vel cuius imperio a priſtinis temporibus eſſet ſubiectū/ Huius ꝑcepti legationē abbas vbi ꝑcepiſſet: cū fra-tribus ſollicite inquiſiuit/ reperitqꝫ optate in litteris antiquiſſi-mis ipm monaſteriū fuiſſe Cōſtantini magni imꝑatoris regale templū; atqꝫ iuſſu ei⁹ dedicatū fore a ſctō Agricio venerabili

Treuerorum archiepō ſub honore ſancti Iohannis apoſtoli
& ewangeliſte / in quo templo Helena ſacra dei famula ligni
dominici inuentrice eximia fauente & petente / Conſtantinꝰ
pauperes chriſti congregauit ſub imperatoria poteſtate/ qui-
bus Iohānem quempiam monachum Anthiocenū prefecit.
qui vna cum beato Agricio predicto / primū quidem anthi-
ocenſi patriarcha/poſt Treuirorū archipreſule per Silueſtrū
papā cōſtituto petētibꝰ beata Helena & Cōſtantio ad Treueri
directꝰ fuerat dñice incarnatiōis āno trecēteſio trigeſimo tertio
Imperij cōſtātini viceſio tertio/ꝗ habitatiōꝫ loci illꝰ aliḙ pſonḙ
noluit ſubdere/niſi ſue/ſuorūq́ʒ ſucceſſoꝝ prāti, q̄tenꝰ ab omī
īgetudīe liberi deo ſeruire valerēt cum ſpūali gaudio. Id vbi
Dagobertꝰ Memiliāo referēte/& vetuſtiſſimis lrīs demōſtrā-
te didiciſſet/& predijs locū hūc noſtrū auxit/& ꝓuilegijs iſig-
niuit.regni ſui āno duodecīo pridie nonas Aprilis Heinrico
cācellario ad vicē Recolui archicapellāi lrās regio mūitas ſigil-
lo recognoſcēte reſignātēq́ʒ Hic piꝰ rex Dagobertꝰ & ſi non
fūdator ꝑmariꝰ/ ſecūdꝰ tñ ꝓuiſor & eſſe debet & dici. atq́ʒ in
ſubiectiōe licet nō ī cōſtructiōe reꝑator cēſendꝰ/quādoquidē
illdꝰ beato Hildulpho quīq̄geſio nono potifici Truerē̄ deſ-
tinatū ſit: ſed nō ſine diuina ordinaitione/ſed nō ſine miraculi
cuiuſdā atteſtatione effectū eſt.hūc noſtrū locū ad priſtinū ſta/
tū reparet:ſiq̄dē btō Maxīno habūdatiori honore circundari
volēte.ī cripta venerādi corꝑis eiꝰ cōſeruatrice aq̄ ad altitudi-
nē cubiti excreuerat.effatu viſuq́ʒ mirabile. ita ſepulchꝝ omē
ſuo ābitu cīxerat vt tñ ab eiꝰ crepidīe abſiſtēs haud paruū itu-
entibꝰ ſtuporē īcuteret.Quo cōꝑto vir deo plenꝰ Hildulphꝰ
& tā hoc ſigno q̄ʒ alijs reuelatōibꝰ edoctꝰ eccleſiā eā, q̄ ob va-
rias barbaricas deuaſtatōs paſſa fuit ruinā magnā etiā iāq́ʒ ſe ca
ſurā minitabat.vigilāti ſtudio reformauit tū,vocatꝭ vici mori-
bꝰ coepīs Clemēte atq́ʒ Chotberto, cōfluēte maxīa cleri ac
ppłi caterua tres illi ꝓſules trāſferendo ſacri corpori manꝰ ad-
monent.& ecce cooperculū ſarcophagi tanta celeritate eleua
tur.amouetur; ceu pondere careret Ipſum tamē cooperculū
poſt a multis viris & pluribus boum paribꝰ temptatū manſit
immotum. Tandem ſacroſanctis artubus honorifice (vt par

erat) reconditis in archa cipreſſina/& ſic in marmorea domi-
ni ſaluatoris anno ſeptingenteſimo ſexageſimo q̄rto calendas
Iunij reparato oratorio intollerunt.qua etiā die precioſa cor-
pora beatorum archiepiſcoporum Treui: Agricij Nicecij &
Baſini leuata nouis ſepulturis in eadē baſilica tradita ſunt. ſed
& trecenta corpora ex thebea legione apud pontē vrbis vili-
bꝰ mādata buſtis. memorati beati Hildulphi ſolercia huc trāſ-
lata magnifice tumulata fuere / ſubinde cenobitis repletus eſt
locus iſte ſagacitate eiuſdem.qui iam pene ad nihilū redacti fu
erant cede barbarorū ¶ Sed heu dolor ſathanas nunq́ʒ deſinit
fidelium ꝓfectibus inſidiari/nouos excitat ꝑſequutores & ty-
rannos.deniq́ʒ circa annos verbi ꝓgeniti octingēteſimū octo
geſimū ſecundū irrūpentibus Neuſtrianis (qui & Nortmāni
dicuntur) in Gallias preſens cenobiū/ſicut & reliqua ciuitatis
loca ſancta/ſubuerſum eſt/ penituſq́ʒ concrematū Verū tem-
plo beati Paulini multotiēs flammas iniecerāt ſed nil value-
runt. innumera ſanctorū copia illic ſepultorū eccleſiam ipſam
precibus defendente. Aliquod temporis ſpaciū interceſſerat
& muri eccleſie Maximiniane inſtaurabant/ cum interea ſuꝑ
uenit quidā natione Aquitanus conditione ſeruꝰ ymmo liber
tus beati Maximini ſuo domino diuo inquā Maximino vel
mortuo. ſi nō viuenti preſtat dicere. ſeruitutis iura impēſurꝰ
Adiungit cementarijs & operarijs ceteris laboraturus & ipſe
opus deuote exequēti vna dierū lapis pergrādis humero lap
ſus ſolo peſſundedit inuito. caſuq́ʒ ſuo modicū lapillum terra
abrupit/ vbi beati Maximini poliandriū incognitū delituerat
Erupit confeſtim odor nectareus/ex concauitate ipſa.vt iam
nō ipſe/ſed & alij ea odoris fragrancia ꝑfunderent/aduocatur
quidā precipue deuotionis monachus Wenido dictus qui &
dulcore odoraminis repletus. iubet accerſiri monaſterij archi
clauū Wambertū/celer accurrit/hauſtoq́ʒ odoramento alacer
recurrens ad fratres rei omnis euentū edicit/Tū gaudio om-
nes affecti īmenſo ad Rathbodonē (alias Rathbodū) qui tūc
gregē Treuericū archimandrita.ad verbi dei pabula minabat
rem geſtā perferunt/At ille triduanū ieiuniū indicit in cuiꝰ ter
cia die/ que ſexta ſabbati fuit.nudis pedibus clero ac vulgo co

mitatus cuml etaniarū ſolemnijs monaſteriū petijt ſumptoꝗ
ferramento epiſcopus primū ſuperficiē pauimenti cōfringere
cepit/tum fratres ceptū ab antiſtite opꝰ perficere Abſtractoꝗ
ſoli fragmine intus reperiūt marmoreū ſarcophagū. cuius de-
ponentes coopercul̄ū archā inueniunt cypreſſinā. qua aperta
ita integra veſtimēta. ita incorruptū corpꝰ odorū cōſpiciunt/
ac ſi eodem die ibidē conditū fuerit. naſo dūtaxat dēpto q ſar-
cophagi coopculo pauxillū preſſus in partē leuā flectebatur
Quod & hodierna die in eius capite cernitur ſanctiſſimo. De
ſacratiſſimi autē ceſpitis gēma preſule fratribuſꝗ cōferētibus
quid nā agere tur potiſſimū. cōſulto tandem decreuere inhu-
matā cōſeruandā contra pericula imminētia preſidiū & ſcutū
inexpugnabile. Sicꝗ illa ſacratiſſima gleba ſup ipſum tumulū
extructo eminēti & decoro ope ſubleuata & decentiſſime col
locata eſt Defluxerat parui tēporis euū/ appropinquāte ali-
quando beati Maximini depoſitionis feſto/ cuidam apparuit
egrotanti preſul ſignipotens Maximinus an ſuam velit viſere
memoriā inquirēs/ Ille totius corporis ſui debilitatē obicem
ponēte. ſubintulit ſanctus Vade tuorū ſuffultus preſidio ami-
corum: hiſꝗ qui monaſterio preſunt verbis meis dicito ſoma
meū humane cōditionis more terra abſcondant, que vbi retu
leris. ſanitate potieris. tūꝗ diſparuit Amicorū igitur fretꝰ ſub
ſidio. in predicte celebritatis profeſto ad locū vſꝗ deuenit/ At
vbi beati Maximini voluntatē enarraſſet. ꝗcito incolumitatē
adeptus eſt. Ea hora inopinate oportune tamen ſuperuenit
Rutgerus in treuerina ſede Rathbodonis ſucceſſor / qui ꝓ-
digij nouitate ꝑculſus. exacta magna ex parte cū fratribus vi-
gilia primo mane ipſa videlicet depoſitionis feſtiuitate ſacerri-
mi corpis Margarithā / in eodē quo prius humata fuerat lo-
co/recōdiderunt Porro indefoſſa terre humo abdita marga-
rita a foris crebris miraclis radiauit/ Ingruit paulopoſt nā par-
uū diſpendium: enimuero gracie anno nonigenteſimo triceſi
mo ſeptimo monaſteriū iſtd' vorax flamma ꝓpe conſumpſit
Preſidebat tum venerabilis Ogo abbas nedū vtilis ſed & ne-
ceſſarius. qui locū ipſum renouauit. religionē induxit ſtrictio
rem. & eccleſiā a nouo inſtaurauit ac perfecit. Quā dedicarūt

ſub honore antiqui patroni beati Iohannis apl̄i & euangeliſte
recolendi viri Rubertus Trēn archiepūs Rutgeri ſucceſſor
Adelbero metēſis epūs dominice incarnationis anno. nonigē
teſimo quadrageſimo ſecundo regni Ottonis primi. ſexto an
no indictione decima quinta: tercio idus octobris. Ipſa die p̄-
cioſa corpa beatorum archipontificū treuirorum Maximini
Agricij Nicecij Baſini. Weomadi leuata ſunt & tranſlata in
nouā eccleſiam/repoſitaꝗ ſub ſummo altari in diuerſis ſarco-
phagis ꝓut nunc cernitur. Tres priores cōiunctim Maximꝰ
quidē medius/ Agricius a dextris Nicetius a ſiniſtris/ Ad capi
ta eorū ad dextrā Baſinꝰ/ ad leuam Weomadus Hec repoſi-
tio celebrata eſt a reuerendis preſulibꝰ Ruberto & Adelbero
ne predictis a religioſis abbatibus Ogone prefato Ageualdo
gozzienſi/Erkenboldo Tullēn Huberto ſcti Arnulphi me-
tēn Frederico ſcti Huperti Salachone ſancti Martini. preſen
te multo monachorum collegio ac copioſa plebis frequentia.
Acceſſit lōge poſt alia quedā repatio pariter & dedicatio que
& vltima: virginei partus anno milleſimo ducenteſimo qua-
drageſimo quinto venerandiſſimo valde viro domino Ar-
noldo eius nomnis ſecundo archiantiſtite. treuerianā metro
polim gubernāte. Cōſecrante eam domino Cōrado archiepō
colonien̄ de cōſenſu dn̄i arnoldi prefati. in honore ſctōꝝ Io
hannis euangeliſte Maximini/ Agricij/ Nicecij beatorū archi
epōrū ſub die octauo menſis Iulij in preſentia domini Sifridi
Maguntinēn archiepī quā dedicationem ſimul tres illi vna cū
venerabilibꝰ epiſcopis Richardo wormacienſi / & Henrico
Curonienſi pluribꝰ decorarunt idulgentijs. cōfirmante eaſdē
ac plures adijciente ſanctiſſimo in chriſto patre domino Inno
cēcio papa q̄to. Et hec qdē de fūdatiōe. cōſtructiōe repatiōe
dedicationeꝗ huius ſancti tēpli dicta ſufficiāt. Libet etiā breui
uſcule retexere eius preſtanciā. ſublimitatem. ſanctitatē. Preſ-
tanciā cōmendat ab exordio religionis cultus precipuus. Sub
limitatē tum ſummorū pontificū/tum regū ſeu imꝑatorū auc
toritas preclara. Sanctitatem. multorū ſanctorū hic ſepultorū
copioſitas magna/quibus velut margaritas & lapidibus preci
oſis auro intextis exornatur. At primum de preſtancia loci

diſſeramus. quã diximus conſtare in religiõis cultu precipuo
Fuit is locus a fundamine priori vſq;adeo religiõe pollens vt
plures hinc ſanctos euaſerint in viros. pleriq; ẽpos electi fue-
rint. alij item in abbates diuerſis in locis acciti Tres hinc ſuſce-
pit Treuerica ſedes antiſtites ſanctiſſimos & conanizatos Fibi
cium eius nominis ſecũdũ abbatẽ noſtri monaſterij a Iohãne
ꝑfato octauũ. Baſinũ. a Fibicio quidem ſeptimũ. a Iohanne de
cimũquintũ abbatẽ Weomadũ terciũ abbatẽ a Baſino Primꝰ
medenburgeñ archiẽpus huius loci cenobita fuit folmarus vo
cabulo Adelbertus quidam huius loci modachus. poſt pragẽ
ſis ẽpus tantę ſanctitatis fuit vt diuino ſpũ impellente in panno
niam deſcendẽs & regẽ Vngarorũ baptiſaret & omnes ꝓuin
cie epõs ad bñ de deo ꝓmerendũ exemplo et vita inſtrueret
Profectus deinde in Pruſiã dũ fidem chriſtiq; diligentiſſime
predicat martyrio coronatur duodecimo kalendas Iulij. Pa-
thaborneñ eccleſia Ruodonẽ abbatem Heroffeldeñ primum
tamẽ huius monaſterij monachum põtificẽ habuit. Ogo ab-
bas huius monaſterij predictus qui eccleſiam hanc ſtrennue
erexit apud leodiũ Richkario defuncto in epiſcopũ prelatus
eſt. regimini ſui anno duodecimo, domini autẽ anno nonage
ſimo quadrageſimo quinto. Beatus Poppo huiꝰ & Stabuleñ
monaſteriorũ abbas inſignis habitus eſt tꝑibus Ottonis tercij
Henrici ſecundi regis primi Imꝑatoris Conradi primi imꝑa-
toris veſtimento ſuo leproſum mũdati hominẽ a beſtijs fere
occiſum ſanauit. & alia preclara facinora ꝑegit. moritur etatis
ſuę anno lx. dñice natiuitatis milleſimo quadrageſimo octauo
Indictione prima. Henrici ſcd'i imꝑatoris anno decimo octa-
uo kalandas februarij Hẽricus quidã huius cenobij abbas vir
ſpectatiſſimus Hieroſolimã tendens ĩ itinere apud Myrream
obijt peregrinꝰ. & ad pedes ſcti Nicolai honorifice tumulatus
eſt Mittimus alios quoſdam ẽpos mittimus abbates apd' nos
plurimũ virtutibus redimitos. regibus & principibus accep-
tos. mittimus alios ex loco hoc ĩ abbates alijs in locis creatos.
mittimꝰ monaſteria & in primis opinatiſſima hinc reformata
ad excellenciã ſublimitatis ſtilũ vertamꝰ. Preſens monaſteriũ
auctoritate ac vetuſtate quadã cetera gallię ac germãię monaſ-
teria antecellit. A primeua ſua fundatione notabiliter cõſtruc
tum fuit & dotatũ. ac romanorũ imꝑatoribus inſignijs deco-
ratũ priuilegijs tamẽ ſummorũ pontificũ / tum regũ ſeu im-
peratorũ magnifice ſublimatũ. in ſpiritualibꝰ ſedi aplice ime-
diate ſubiectũ. in tꝑalibus regũ & imꝑatorũ tuitioni cõmiſſũ:
quo fit vt abbas eius exemptus dicatur & ſit. Hoc ipſum in-
dicãt bulle & ſũmorũ pontificũ & Regũ atq; imꝑatorũ hodi-
erna die ipſo loco venerabilit' conſeruante cõſeruandeq; Im-
peratorũ & regũ pia animi deuotione ſemꝑ fota fuit & ſuſtẽ-
tata ꝑſens domus nõ tam regis terreni q; eterni; quare & ca-
mera regalis & imperialis appellata eſt Summoꝝ quoq; pon
tificum ſemꝑ ad hunc locũ ꝓſpectio fuit ſingularis. Inſuꝑ prin-
cipes / duces / comites ſua ſubuentiõe ꝓfuerunt. Sed & pieta-
te epiſcoporũ ſuccurſum eſt loco noſtro retribuat omibꝰ deꝰ
cẽtuplũ & vitã eternam Amen.

¶ Iam ſanctitatis ꝑeminentiã orõnis ſeries ꝓſequatur quã
diximꝰ patronoꝝ varietate decorari Quãuis autẽ bñ Maxi-
mini nomĩe monaſteriũ ĩtituleť meritoq; ob id ꝑponẽdus ve-
niret. maluimus tñ imꝑmis beati Agricij geſtoꝝ monimẽta
vtcũq; elucubrare cũ & natu maior / & ordine prior ſit & qa
beati Agricij terminus beati Maximini ( ſi ita fari licet ) vi-
uendi inicium fuit.

¶ Agricius beatiſſimꝰ ab Euchario Treuerorũ ẽpo ſanc-
tiſſimo vigeſimꝰ ſeptimus primꝰ vero ( vt aiunt ) archiẽpus ĩ
huius monaſterij baſilica felici pace corporalit' quieſcit Hic ꝑ-
mũ anthiocenorũ patriarcha philogonij (vt ferũt ) ſuccedaneꝰ
poſt in Treuerica ſede beato Valentino ſubrogať. Sed eiꝰ ad
Treuerini aduentũ opereẽptiũ autumauimꝰ deſcirptũ iri / Igiť
ſalutifera ſctẽ crucis inuẽtiõe beata Helena diua auguſta Tre-
ueroꝝ indigena hieroſolimis celebrata & crucis parte admo-
dũ egregia atq; alijs pleriſq; reliquijs dñi ſecũ ſumptis vtpote
Tunica iheſu icõſutuli / clauo eiꝰ / cultelloq; q̃ i ſua cena vtebať
vltia in diuiſiõe agni paſcal' / mathia aplo et alijs mlťj reliquijs
vbi beatiſſima virago Helena Romã reuerſa fuiſſet ad filium

Conſtantinū / ibiq̃ʒ aliquot diebus morata vidiſſet gentes per
circuitum chriſto credere & ſalutarem baptiſmi pcipere gra-
tiam Treuerorū vero populū carne ſiue incolatu germanum
deſerto beatoꝝ patrum Eucharij Valerij atq̃ʒ Materni ſacro
dogmate ſpurcicijs idoloꝝ inuolui nece & crudelitate ad in-
ducente Rictionarrana / quibuſdā tamen occulte in chriſtia-
niſmo deum verū colentibus / tum tacta dolore cordis intrin
ſecus condoluit ſuo natiuo ſolo / Vnde modis om̄ibus vna cū
filio Cōſtantino inſtat apud beatū papam Silueſtrū patriȩ ſuȩ
predicatorē mittere dignetur Conferentibus ergo inſimul cui
nam potiſſimū id negocij cōmitteretur aſtantiū quidā tū cetus
cardinei / tum aulicoꝝ Impatoris diuino afflati ſpiritu / Agri-
cium patriarchā Anthiocenū accomodatiſſimū inclamabant /
Viam carpunt nūcij Anthiocenā verſus almū agriciū adduc-
tum reſeranteſq̃ʒ apoſtolicā Impialē ue maximope deſiderare
Helenā auguſtam predicandi officiū aſſumat ad Treuerorū
plebē beatū virum territant : vnde anxius neſcit quā partem
amplectat̄ Filias chriſto iā credētes deſerere vel adire chriſto
acquirendos Vincit tamē amor chriſti carnalē amorē / illud
multo conducibiliꝰ eſtimās Itaq̃ʒ relicta perrexit patria aſſūp-
to ſecū in itineris comitem ac ſolaciū Iohāne quodā monacho
Anthiocen̄ Tū Romuleā ad vrbā ventū eſt. atq̃ʒ ſanctiſſimū
Agriciū officioſiſſime exceptū Silueſter pap̄ primū archiepm̄
cōſtituit Helena vero inſtar apis argumentoſe florigeros col
ligentis odores thecam cōficiens p̄cioſiſſimis reliquijs replet.
tunica videlicet dn̄i iheſu incōſutili. quā ex eccleſia ſancti Iohā-
nis lateranen̄ nup a Cōſtātino illuc locata ſumpſit. clauo item
quo dextrū chriſti pedē tradūt perforatū Cultello eiuſdē quo
agnum paſchalē diuidit. Peplo item beate marie virginis quo
erat coopta dominice annuciationis tpe cū pectine eiuſdem.
& ligni crucis pte magna corpore quoq̃ʒ beati Mathie apoſto
li de iudea per ipſam tranſlato & ceteris ſanctorum reliquijs
ſcribentibus Euſebio Ceſarien̄ in cronica / quam diuus Ieroni
mus de greco in latinum vertit / & Yſuardo in martyrilogio
ad Carolum magnum . ſcʒ capite Cornelij papȩ & martyris
dente ſancti Petri apoſtoli / & Sandalijs beati Andree apoſtoli

cum pleriſq̃ʒ alijs . Tum beatus Silueſter ſanctū Agriciū ſuis
benedictionibꝰ confirmatū & reliquijs predictis honoratū ac
oneratū. honeſtaq̃ʒ ſtipatum comitiua dato priuilegio inſigni
primatū ſuper gallos & germanos exprimēte cū ſuo Iohāne
ad Treueros tranſmiſit Aſt Agricius tandē Treueris applicat
in capite kalendarū ſeptembriū dominice incarnationis anno
tricenteſimo triceſimo tertio Imperij Conſtantini vigeſimo
tertio Porro p̄uenerat nūcium ſuum deus / & corda populi
durȩ ceruicis ſanctis ſerui ſui monitis coaptauit Predicat ergo
ſigna operatur & miracula populus incredulus ad baptiſma
cōuolat ſicq̃ʒ numero creſcente fideliū vt in mandatis excepe-
rat ex pallatio beatȩ Helenȩ ſtruit & conſecrat eccleſiam ſub
honore beatorum apoſtolorū Petri & pauli / quam & cathe-
dralem deputat: in quā recondit Tunicam iheſu inconſutilem
ac clauum eius cum capite Cornelij pape / dente petri apoſto-
li / Sandalijs beati andree Templum regale Conſtantini eque
in baſilicam erigit dedicans honori ſancti Iohānis ewangeliſtȩ
In quam repoſuit cultellum domini iheſu predictum Peplum
beate dei genitricis marie & pectinem eiuſdem Vbi etiam
petente Helena ex precepto Conſtantini. monachorum ce
tum adunauit ſub imperatoria poteſtate quibus Iohannem
monachum prefatum aſſignauit abbatem At ceteris reli-
quijs rite diſtributis corpus beati Mathie apoſtoli celle ſanc-
ti Eucharij intulit Quantum in verbi dei ſeminatione beatus
pater Agricius valuerit nomen eius declarabit interpreta-
tum Grece ἀγρίκιοσ id est Agricius / latine ruſticus ſiue
agreſtis dicitur Agreſtes ab agro colendo nomen adeptos
quis neſciat? Vnde & Agricius. quaſi agri ſubandi colendi
ſcius ethimologiam habet / quippe ab agro dominico vicio-
rum vepres euulſit / inſeruit virtutum germina & quidem
tam exactȩ ſpinas & tribulos idolatriȩ extirpauit vt poſtea nul
la infidelitatis radix pullulauerit / Fit exinde nomen eius cȩle
bre non iam germaniȩ partibus / ſed & galliam tripertitam
perageat omnem / Quo fit vt Maximinus beatus & ſpiri-
tualis eius filius Paulinus atq̃ʒ Quiriacus patrium ſolum
Aquitaniam videlicet celticȩ galliȩ prouintiam linquentes

ad belgicę gallię caput vbi ſeminator ille virtutum degebat
feſtinato cõtendant Aduentꝰ eorũ perinde gratus fuit/ſiqui=
dem ab Agricio recollecti paterna pietate ſemẽ diuinę ſcriptu
rę in eorũ cordibꝰ ſparſit Sed fructificauit ꝙ citiſſime in Max
imino quare & ſacris ordinibus iniciatus eſt. Marcida iam ſe=
nectꝰ Agriciũ inuaſerat cũ diuino oraculo cõmouetur Maxi
minũ ſui denotet ſucceſſorem & ad maiorẽ meritis gloriã id=
ſpm angelus beato Quiriaco in oratorio ſancti Eucharij noc
tu orõnibus intento retexuit/ Verum vbi nomen annis eccle
ſiam rexiſſet Agricius modica febre correptus ſpũm exalauit
in idibus Ianuarijs anno a natali chriſtiano trecenteſimo qua=
drageſimo ſecundo Imperij Conſtancij filij Conſtantini mag
ni anno ſecundo indictione decimaquinta Corpus eius ſepe=
lierunt beatus Maximinus Paulinus Quiriacus atqꝫ Iohan=
nes abbas beati Agricij itineris cõuiator in baſilica preſenti
quam ipſe viuus conſtruxerat & dedicauerat ſancto Iohanni
apoſtolo & ewangeliſte.

m AXIMINVS ſacerrimus Treuirorum
archipreſul viceſimus octauus hoc ſancto
loco beate requiei ſortem adeptꝰ vrbis A=
quitanicę pictanorum indigena cum beato
MAXENTIO fratre Clara fuit ſenatorij
culminis lampade exortus; qui nobiliter
educati nobilitatem ingenuis litterarum diſciplinis adornarũt
Verum proceſſu temporis beato HILARIO de medio fac
to pictanorum eccleſia MAXENTIVM ſibi vendicauit
pontificem/ & quia illo beati AGRIcij ſanctitatis fama ſimul
& miraculorũ conceſſerat MAXIMINVS PAVLInus
& QVIRIACVS relicta genitali terra Treuerim petẽtes
ſancti AGRICII magiſterio ſe informandos ſummiſerunt.

At MAXiminus Proficiens ſuper collactaneos ſuos clerica
tus honore donatus eſt. Cumqꝫ per icrementa virtutũ/aug=
menta paterent illi ſuccedentium dignitatũ QVIriacus ora=
torum beati EVCHarij nocturno tempore oratũ ingreſſus
obſeruantem ſe angelũ domini corporeis cernit oculis/dicen
tẽqꝫ cerciorem redderet MAXiminũ beato AGRIcio fore
ſubrogandũ/Qui iuſſa perferens ad MAXiminum tali ſe in
dignũ fatebatur honore Sed & AGRIcius diuinitus cõmo=
uetur MAXIminũ ſibi ſuccedaneũ inſtituat quod et deuotus
compleuit AGRIcio a facie iniquitatis ſumpto ſuſcepit pre=
ſulatum ſacre MAXIminus vicinorum preſulũ benedictiõe
cõfirmatus cum maxima populi leticia Conſtancij arriani im=
patoris filij magni Conſtantini imperij anno ſecundo Tum ſe
ſtrennuũ verbis & exemplis exhibens acerrimus hereticorum
perſecutor efficitur Deniqꝫ ſecundo epatus ſui anno Conſtan
cij autẽ quarto generalem ſynodũ in Agrippineñ Colonia
in depoſitionem Eufrate hereſeos arrianice imitatoris cum be
ato SERuacio Tungreñ & alijs vigintiquinqꝫ epis celebra=
uit/ac eidem beatum SEVErinũ qui in tranſitu beati Martini
voces in celo pſallentium audiuit/pontificem ſubrogauit quar
to idus maias indictione quarta poſt conſulatũ amanti & albi=
ni eam ſynodum cõfirmãte ac ratã habente. Iulio papa pmo
ſubſcribentibus omnibus Italię gallię germanięqꝫ epiſcopis/
Iam vero explicatu difficile eſt ꝙ virtuoſiſſimę vitę fuerit nr̃e
nõ eſt facultatis euoluere quantis fidei radijs cui ſui tempus il=
luſtrauerit. diuũ Hieronymũ vadem accerſiamꝰ qui tempeſ=
tatis illius viros illuſtres deſcribẽs in EVſebiana cronica dicit
MAXIminꝰ Treuirorũ archiepus clarus habebatur A quo
& ATHAnaſius alexandrinę vrbis epus dum a Conſtancio
quereretur ad penã/honorifice ſuſceptus eſt Actũ Cõſtancij
anno octauo MAXImini ſexto Iuuat lacius aliquid de beato
ATHAnaſio diſertare. Etenim cũ toto terrarũ orbe profu=
gus agitaret nec vllꝰ ei ad latẽdũ ſupeſſet locꝰ. tandẽ in Treue
ri galliarum (MAXImino ſe recipiente) diffugij refugijqꝫ lo
cum obtigit in puteo quodã ſeu ciſterna aquis carente. Vbi et
aliquot annos occultatus, (MAXImino ac PAVlino huma

nitatis obſequia impendẽtibus ) ad cõfutandam Arrianiſtarū
veſaniam de fide catholica ſimbolū cuius ( Quicūqꝫ vult ſal=
uus eſſe ) iniciū eſt/cõpoſuit q̃d poſtea a beato PAVLINO
ſancti MAXImini ſucceſſore ad mediolanē̄ conciliū delatū
a liberio papa & alijs orthodoxis patrib⁹ autorizatū fuit & cõ
firmatū Sed dū per ancillã que ſola horū cõſcia fuerat ꝓpalatū
videbat̃/ſpū dei p̃monitus ATHAnaſius ea nocte qua ad eū
cõprehendendū cū iudicibus/tribunis/ centurionibus & mili
tib⁹ veniebat valefactis epiſcopo MAXImino & PAVlino
loco ceſſit Conuẽti aūt ſpe ſua fruſtrati ancillę vt falſę iudici
penas intulerūt ATHAnaſianū illud latibulū in preſens vſqꝫ
in cripta huius baſilice ſancti MAXImini inferiori monſtrat̃
Erat MAXImino ſolemnis cõſuetudo ſepi⁹ ſanctorū luſtra
ri ſacra domata cūqꝫ huius rei gracia epiſcopatus ſui anno vn
docimo romã truderet beatū MARtinum cõuenit eque illuc
ꝑgentẽ Iuncti itaqꝫ tediū itineris pia collatione diuini verbi al
leuiabãt Quibus in vlteriora ꝓficiſcẽtibus aſellū ſarcinularū
geſtatorẽ vrſus offendit & deuorauit mãdat tum MAXImi
nus vicẽ aſini vrſus ſuppleat/paret beſtiola poſita om̃i ferita=
te mirantib⁹ cūctis atqꝫ ſtupentib⁹ quocūqꝫ perrexiſſent Ad
eū locū cõſummata ꝑegrinatione reditū eſt vrſus priſtinã va=
gandi indulgentiã a MAXImino conſequit̃ licentia queqꝫ
erepta ledendi Verū MAXIminns quo gemina cõmertia
populo ſuo reueheret MARtinum treuerorū vrbẽ ſecū in=
gredi cõpulit opido obſecundante illo vel tardius filiū ſuū ſpi
ritualem LVBENtium nomine beatus MARtinus tandem
abiturus inclyto MAXImino cõmittit imbuendū imbutū ap
prime vno cui Cobrinū vocabulū eſt ſacerdotem prefecit Al=
terum etiam habẽs diſcipulū MAXIminus CAStorem no
mine ſciencijs probe inſtitutū preſbiterat⁹ ordine inſigniuit/
Sed iam venerat temp⁹ vt trãſeat ex hoc mundo ad celū cum
pie memor ꝓpinquorū MAXIminus reuiſit patriam vbi nõ
multo poſt pridie idus ſeptembris vita excedens angelorum
cõiunct⁹ eſt glorię ſempiternę Succedẽs in epiſcopato PAV
linus a regenerationis lauachro per MAXIminum ſuſcept⁹
cõmunicatio cum clero et treuirorū populo conſilio magiſtri

& patris ſui corpus reuehendum conſtituit. idqꝫ negocij LV=
bencio iã dicto iniunxit Itaqꝫ facto agmine clerus populuſqꝫ
treuericus aquitaniam verſus tendentes tū loco vbi ſitus erat
applicuere Aquitani ſuſpicati quod euenit treueros loco arce
re contendunt ſed illi orandi ſe tantum ſtudio aduentaſſe con
firmantes dum aliquandiu diſceptatum eſt alterutrum vel ſe=
ro admiſſi ſunt Aquitanicis treuiros ſui timore conſeruatos ar
bitrantibus & quaſi pro obtenta victoria locis vinoqꝫ indul=
gentibus ſopor grauis irrepſit/cum interea beato LVBEN=
tio mandat angelus clauem ad caput cuſtodis temulenti caput
& deſideratum aſportat theſaurum Factum eſt vt angelus im
peraret & Treuiris abitum maturantibus Aquitanē̄ primo
eos metu diſceſſiſſe dictitant. at vbi rei veritatem comperiunt
magno conflato exercitu recedẽtes triduo inſequuntur Cūqꝫ
inter mutuū conſpectum vterqꝫ populus conſtetiſſet Aquita
ni crebris choruſcationibus tonitruo fulmine quorum nil
Treueriades contingebat repulſi cū ſandulo remeauere Sed
ſine miraculis uenti q̃ꝫ corpus venerabile relatum eſt Profecti
vlterius treuerici cecus feretro appropians viſum recepit
Apud moſomaga caſtellum paraliticus curatus eſt vbi & ba=
ſilica ſub nomine beati MAXIMINI fabricata Apud euoiū
demoniaca a diuo tortore liberata eſt Aluno opidulo duo le=
proſi mundati His & alijs miraculis patratis vrbi quam quon
dam egregie rexerat propinquabat Obuiam ſe preſuli tota ci
uitas effudit cum PAVLINO archipreſule atqꝫ TRAN=
QVILLO hui⁹ loci abbate & exceptū deductūqꝫ MAX=
IMINVM iuxta magiſtrum AGRICIVM in preſentis
cenobij ſacra ede magnifice ſepulture mandarunt quarto ka=
lendas Iunij. vt ſicut in vita dilexerãt ita & in morte nõ eſſent
ſeparati Huius ſancti MAXIMINI ad eos qui maligno ſpi
ritu vexantur ſemper fuit & eſt miranda ſubuentio nec quiſ=
q̃ꝫ morbus fuit qui meritis eius non cederet Periurus nullus
tumulo appropiat quum illico vltione diuina feriatur quod
miraculis q̃ꝫ plurimis compertum tenetur Effecerunt mirę
eius virtutes & miracula ſtupenda ingentiaqꝫ mutato diui
IOHANnis euangeliſte nomen MAXImini vocabulum

preſens monaſterium ſibi vſurparet Vitam eius & miracula
ſcripſerunt ſanctus LVpus Trecaſſinus epūs ſanctus GRE
gorius Turonenſis epūs & quidā SEGEHARDVS ſum
me elegancie homo.

n ICECIVS ALMIFICVS TREVIRORVM
ARCHIPRESVL quadrageſimus nonus hoc dei
templo pauſat corporaliter qui nobili genere exortus
vbi partu fuiſſet effuſus coronam proferebat monachalē vel
hoc preſagio innuēs diuinoſe mancipandū obſequio Exinde
monachus in Lemonicēſi monaſterio effectus poſt abbas tan
dem bone memorie APO nocillo ad patres poſito in Treue
rica ſede THEOderici regis iuſſu archiepūs ſubnectus eſt
THEOderico rege defuncto cum THEOdebertus filius
eius regnum ambiſſet & per vitiorū abrupta incedens ab epō
inculparetur/ accidit die quadā dominica ſacerdote dei miſſā
celebrare volente ſupuenire regem cū his qui epī ſentencia ex
cōmunicati fuerant Mira res. Epiſcopus nil veritus regē miſ
ſe officiū perficere noluit. niſi cōione priuati abſcederēt Huic
inhibitione rege cōtradicente ſubito clamat vnus de populo
arreptus a demone puer paruulus & ſancti virtutes regis fla
gicia denudans aiebat epm ſanctū regem adulterum/hunc ti-
more dei humilem/ illū tumore regni inflatum Precepit rex
energuminus ab eccleſia truderetur econtra epus monuit p-
us homicidas inceſtos/ peruicaces pellendos/ tum dei nutu
energuminū taciturum Expellūtur ſceleſti & extrahi demo
niacꝰ iuſſus eſt Sed cum euelli a decem viris nequiuiſſet ſctūs
dei ſub veſte faciens crucem ecōtra demonem relaxari prece
pit/Qui protinus corruens in terrā cum ſe trahere nitentibus
poſt paulum ſanatus erectus/Expletis tum miſſarū ſolēnijs
requiſitus nuſq̄ cōparuit nec qua venerat vel quo abierit ex-
ploratum habebatur conicientibus tamē pluribus eum a deo
miſſum qui regis ſacerdotiſq̄ opera non reticeret Vnde factū
eſt vt ſacerdote orante mitior rex fieret Accedit hinc aliud ꝑ
pe conſimile LOTHARium regē veritatis aſſertor NICE-
cius amator iuſticie pro iniuſtis rebꝰ ſepius excōmunicauerat
ducitur ad exilium/ea ꝓpter cū omniū ſolacio deſtitutus dixit

MAGnerico diacono ſuo in epiſcopatu ſucceſſori ſoli ſibi ad
herenti Cur non ſequeris ceteros ? cui ille. Viuit dn̄s quouſq̄
ſpūs meus hos intra artus contentus fuerit non te deſerā Ad
illum NICEcius quia inquit hec dixiſti/ pandā vni tibi quod
domino reuelante cognoui Aiebat ſe altera die cathedre ſue
reintronizandum & honorē accepturum priorem Craſtina
illuceſcente viuit legatus Sigiberti regis cum literis nuncians
LOTHArium regē obiſſe diē ſuū/ ſeq̄ cū epī charitate reg
ni monarchiā debere ſuſcipere Ingreditur eccleſiam vir dei
NICEcius poteſtati reſtituitur cōfugientibus ad ſe a quibus
derelictus erat adulatoribus regis quos omnes tamen in cha
ritate recepit ¶ Preterea populus quotidie predicās detexit
crimina ſingulorum quāobrem ſepiꝰ aduerſus eū virus odij
exarſit Plerūq̄ perſequētibus ſe obtulit & gladio prebuit ex
erto ceruicem/ſed nocere eū dominus ꝑmiſit ſed ſemper vic
tor abiuit Et rectiſſime quidem/etenim iuxta nominis ſui ethi
mologiā vincendi periciā habuit Greca quippe lingua νικη.
nice latino ſermone victoria dicitur NICEcius autem quaſi
victorie ſcius Ad hiſtoriam redeamus Inuitatus quodā tem
pore ſacerdos a rege iuſſit ſibi piſcium queri multitudinē vt
eo officioſius in regis occurſū prodiret Seruis lapſum in quo
piſces decidere ſolebant fractū aſtruentibus ideoq̄ non poſſe
morigerari/ingreſſus cellam puerum quēpiam aduocatum
miſit ad coquorum ꝑpoſitum piſces exhibeat ab amne Ille iuſ
ſa ꝑferentē ridere iſte rebellionem epō referre Aſt epūs iterū
ac tercio id fieri precipiens artati tandem cōpulſi cōmotiq̄ ad
lapſum abeuntes ita refertum inuenerūt piſcibus vt a decem
viris ſubleuari vix potuiſſet. Alio itidem tēpore baſilicā beati
Maximini oraturus acceſſit in cuius atrio tres energuminos
reperiens ſigno crucis edito ab immūdo ſpū repēte purgauit
Lues inguinaria aliquādo treuericum populū valde faſtabat &
ſacerdote dei pro populo ſibi cōmiſſo intencius orēte / factus
eſt ſonus in nocte magnus ſuper pōtem vrbis validi tonitrui-
inſtar. vt putaretur vrbs ipſa dehiſcere/Cūq̄ populus exterri
tus rei finem attonitus expectaret audita eſt in medio tumultꝰ
vox vna clarior ceteris dicens Et quid hic o ſocij faciemus ?

Ad vnam portam EVCHArius ſacerdos obſeruat, ad aliam
MAXIminus excubat in medio verſatur NIcecius nihil hic
preualere poſſum⁹ ſed ſinamus hãc vrbem tuitioni eorũ. Et
ecce e vicino fremẽs epidimie morbus graſſatiõi finem dedit
Hũc beatũ virũ ſi breuiter & veraciter volum⁹ laudare be=
ato NIcolao mirrenſiũ epiſcopo immerito coequabim⁹ Nõ
nihil em̃ cõuenientie ne ſuperexcellentie dixerim⁹ cũ ipſo ha
bere dinoſcit̃ NIcola⁹ luce potitus preſenti criſtianos ad no=
minis inuocationem de maris periculo liberauit NICEci⁹ in
carne manens paganos ſe inuocantes per vnius qui ſol⁹ inter
eos criſtian⁹ erat inductos ammonitionem eripuit de tumidis
ponti fluctib⁹ / Quadam vice venit ad hominẽ dei vir quidã
ceſariem/barbamq̃ prolixam ferens humiq̃ proſtratus ante
eum memorabat ſe eum eſſe cui auxilium impendiſſet pelagi
inuoluto caribdi At ille quem non palpans adulatio cepit vn
q̃/obiurgans hominem/primo eam gloriam nõ ſibi/ ſed deo
attribuendam cõmonuit. tum editi liberationis modum Nu=
per iſte aiebat nauim me inſcendente Italiam petiturus multi=
tudo paganorum mecũ ingreſſa fuit Orta aũt tempeſtate ego
qui ſolus chriſtianus nomẽ dei mei/ illi deos ſuos inuocabant
Ad quos inquã O viri nolite horum ſuffragia expetere nõ dij
ſed demones ſunt/implorate vna mecũ inclitũ NICEcium vt
ſui meriti obtentu inundationis mot⁹ euadamus Perprius aũt
neſcio per quẽ edoctus eram tui nos nominis inuocatione fo
re liberandus/Tum voce eleuata in nomine tuo deũ inuocan
tes clamauim⁹/deus NICEti erue nos & extemplo marinus
mitigatus furor fuit/& proſpero comitante ſucceſſu ratis illo
quo ſperabamus euecta Ego vero voui nõ ante comã capitis
tondere q̃ tuis aſpectibus preſentarer Tunc iuſſu philocriſti
NICEcij tonſoratus homo aneruũ pecijt/ vnde ſe natum ꝓ=
feſſus eſt/Multa alia per cũ fecit deus que recitare longum eſt
Hec aũt eo attentius deſcribere curauimus quo ardẽtius a va
rijs nouim⁹ ſcriptoribus cõcupita Hiſtoriographos plures le
gimus & crononiſtas omnes quidẽ hũc virum fuiſſe ſanctiſſi
mę vitę cõmemorant ſed geſtorum eius lectitaſſe nihil. Mi=
grationis ſue tẽpus vbi immineret retulit fratribus dicens vidi
Paulum apl̃m cum Iohanne baptiſta inuitantes me ad requiẽ
ſempiternã/ Exhibenteſq̃ mihi coronã celeſtibus margaritis
ornatam dixerũt eiuſmodi ſpeciebus me perfruẽdũ in regno
dei nõ multo poſt modica febre correptus ad kalendas Octo
bris naturę cõcedens tranſuolat ad ſuperos NICEcius nici=
terij triumphalib⁹ circũdatus Sepelitur in baſilica preſenti vbi
nõ deſinit propicius patrocinari ſe pie inuocantib⁹ Verũ cum
varijs languoribus merita eius ſubueniant tũ potiſſimũ adeo
in propulſanda peſtilentia meruit prerogatiuã quod experi=
mento frequenter probatum eſt.

b ASINVS ALMVS TREVIRORVM
qdẽ archiepũs quĩquageſim⁹ ſext⁹ hui⁹ aũt monaſ=
terij abbas decimus ſext⁹ in hac baſilica cõditionem
accepit Is nõ ex tã nobili q̃ felici ducũ lothringie ꝓgẽie oriũd⁹
auũculus extitit ſancti LVTwini. eius in pontificio ſucceſſo=
ris Deniq̃ Gunza diui BASIni ſoror cuidam ꝑpotẽti ex frã=
corũ regũ linea originem ducenti nomine GERwino nupta
LVTwinũ viro ſuo edidit Porro BASInus generoſi ſang/
uinis ingenuitati animi nobilitatẽ preferẽs mũdanis inuolucris
expeditus in diui MAXImini cenobitice trãquillitatis litus ex
pecijt/vbi & tanta morũ enituit integritate vt migrãte Herwi
no abbate ipſe ſuccederet verũ quia monaſteriũ ipm imperi=
alibus regalibuſq̃ fulcitũ erat priuilegijs & libertatib⁹ vt apoſ
tolica quoq̃ eadẽ priuilegia roborarẽtur auctoritate apud ro
manũ pontificẽ GREgorium ſecundũ elaborauit Anteceſſe
rat viri dei BASIni ſanctitatis fama pie petitionis affectũ: vn
de nõ aſſenſit modo pontifex maxim⁹ rataq̃ habuit verũ etiã
ſpeciali ex fauore & paterna dilectione cõceſſit ipſi ſuccedenti
buſq̃ ſe abbatibus poteſtatẽ vtendi inſula dalmatica ſandalijs
mouens quatenus augmento honoris augeretur & diuini vir
tus amoris beato NVMERIANO treuirorum pontifice
numero ſanctorum inſerto BASINVS ſubſtitutus eſt Qui
creat⁹ preſul oſtẽdit mox in ope qđ vox eius ſanabat in noĩe

BASInus nomen a baſi deriuatū conſtat Quantum ſuſtenta=
menti baſis confert edificijs corporalibus tantū hic Baſinus ro
boris ſpiritualibus ſubminiſtrauit Profecto baſim & murum
aſcēdens ex aduerſo ſe poſuit pro populo dei Et cū pro omni
bus ſolicitus eſſet tum precipue pro nepote ſuo LVTwino
quē non minus ac filium dilexit Vnde & hortatu auūculi BA
ſini LVTwinus rebus & meritis opimus eccleſias dei maxi=
me in valle Treueriaca ampliſſimis ditauit donarijs Monaſte=
rium ſupra Saroam fluuium mediolacū vocabulo fundauit/
vbi ab vxore ſolutus & ipſe monachus effectus eſt Tandem
eximię ſanctitas BASInus baſis tēpli & ſuſtentaculū plenus
dierū & ſanctitate mortalitatis erūnis quarto nonas Martij ab
ſoluitur baſis futurus in celo vbi de viuis & electis lapidibus
eternum diuinę maieſtati conditur habitaculum Corpus eius
venerandū in diui MAXImini baſilica tumulatur/ & quidē
ſatis conſulte vt illum locum ſuo corpore extincto/ viuaci ta=
mē virtutum iubare ornaret quē olim in abbatis gubernatura
rexerat modeſtiſſime.

WEOMADVS SACER ARCHIANTISTES
ſexageſimus monaſterij huius abbas decimus octauus
preſenti eccleſia cōditus iacet Huic in abbaciali dignita
te cōſtituto tanta inerat religioſitas tāta perſpicacitas in cūctis
rebus exequendis vt tandem preſulatu dignus inueniretur &
eſſet Sed iam cudēda venit eius ad pontificū aſſumptio beato
HILdulpho Treuirorum archiepō cuius ſepius ſupra mētio
eſt facta tumulus hominū occupationes varias vna cū epiſco
po linquere diſponēte WEOmadum hūc noſtrum ſpūſſcti
archiſterium ſpecialē ſibi ſucceſſorē ouibus vero paſtorem re
linquens Voſagū Tulleñ dioceſis locū abditum accōmoda
tiſſimū religioni petijt vbi animū rebus ab externis ſeuocans
amicāq3 ſibi faciens internam cōuerſationē guſtauit ꝗ̄ ſuauis
eſt dominus Tres ex hoc monaſterio MAXImineo beatū
HILdulphum eo ſequuti ſunt manachi ſanctiſſimi plane viri
Spinulus & duo alij ſpiritu & carne germani Iohannes preſ=
biter benignus diaconus, qui & ipi beato HILdulpho in mi=
raculis cooperatores extitere beatus SPINVlus debitum
carnis exoluerat & miraculis choruſcabat infinitis/ fiebat ergo
concurſus populi frequens & quietem adimit fratribus ſecre=
ciorē Impaciens huius inquietudinis HILdulphus. SPInuli
tumulum adit & ora lachrimis perfuſus referebat deo gracias
certo ſe iā ſcire SPInulum in aula regis eterni e mortalitatis
ſpinis ſublatū inter flores immarceſſibiles phenniter letari ſed
dolere ſe conuentum hominum creberrimū Obaudiuit im=
mortalis mortali & ſigna nō adiecit quibus ceſſantibus frequē
cia quoq3 deſijt aduentantium Poſt HILdulphus non longe
poſt quinto idus Iulij obijt demū poſt eius tranſitū vigeſimo
primo die que eſt ſcd'o kalēdas auguſti Iohannes & Benignꝰ
mortui ſunt & vno ſepulchro impoſiti quos vnus ꝑtulit ma=
tris vterus. Igitur beato WEomado pontificali diademate co
ronato cura ꝗ̄ maxima fuit epiſcopi iura antiq̄ vigorem cō=
ſeruarent Vnde & a PIPPIno cognomine puſillo rege feli=
ciſſimo & KAROlo magno impatore filio eiuſdem PIPIni
priuilegiorū roboramenta impetrauit & obtinuit Eius ponti
ficatus tempore oſtendit per viſionem cuidā ſacerdoti MA=
cio nomine ſancto viro locus vbi beati CASTOris diſcipuli
ſancti MAXImini corpis theſa urus claudebatur vtq3 de his
WEOmadum certiorem faciat exhortat̄ Et quia intelligētia
opꝰ eſt in viſione venerabilis pſ̄biter id ſibi denuo oſtendi ex=
optat factū eſt iterū ac tertio Maturauit tamen ſacerdos greſ=
ſum ad epm̄ quem ſuſcipiens ingenti cū gaudio audita itineris
cauſa gaudentior efficit deo omnigenas gracias agens/ ꝙ ſuis
temporibꝰ dignatus eſſet reuelare ſancti viri reliquias Conſti
tuto itaq3 die i dicto ieiunio pontifex monachorū cleri plebis
comitatus caterua ad kardonum deſcendit Tum celebratis
miſſarū ſolemnijs manſoleū viri dei cū tremore & timore vi=
ſitant: quo aperto optatum inueniūt theſaurū Digne pro me
ritis tandem remunerandus diuinorū ierarcha WEOmadus
cōculcato vehemoth ſub pedibus ſuis ſeptio idus Nouēbris
vitā cū morte mutās ſepultus eſt in baſilica preſentis cenobij.

TEBEORVM Martyrum trecenti hoc ſanctiſſimo dei
templo tumulati ſunt/ Verū thebeos martyres ex thebee ciui
tate egipti nomen adeptos neminē latere putamus Diuorū

martirum MAVricij ſociorūq; eius pandit hiſtoria qualiter
hinc profecti euocatione MAXImiani herculei ad gallias p
uenerint At iubet pauca incognita forſan pluribus diſſerere
Thebane legioni tres prelatos duces hiſtoricorum ſententia/
Primus TIRſus/ alter ordine & nomine ſecundus/ terti⁹ Bo
nifacius dicebatur Primi pilarem dignitatem gerēs MAVri-
cius Cōplures alij nobiles & ſtrennui milites viri bellicoſi ine
rant huic legioni ſed paucorum nomina ſcita.nimirū idipſum
multitudine procurante preter iam dictos horū nomina nota
hebent; ALEXandri cuiuſdam cū Secundo apud victimi-
lium Italie caſtrum pro domio interempti Item EXVperij/
CANdidi/ INNOcencij/ VITAlis apud Agaunum opi-
dū rodanus alluit cū MAVricio & ceteris ſocijs interfecto-
rū VRSI apud ſolodorū martyrizati GEREonis CASſij
FLOrencij.cū pluribus Colonie morti punitorum VICto
ris apud xanctum occiſi Ita memoraſſe ſat eſt beatorū Athle-
tharum Tirſi & bonifacij felicem agonē exprimamus Anno
itaq; partus virginis matris ducenteſimo nonageſimo primo
applicātibus inclitis chriſti martyribus ad belgice gallie caput
Treuirorū videlicet vrbem perbenigne ſuſcepti ſunt ꝙ hu-
maniſſime tractati Habitabāt tum Treueris viri chriſtianiſſimi
nobiles& ſpectabiles in fide fortes/in ſpe longanimes/in cha-
ritate radicati Senatus multa comitate inſignis erat plebs forē
ſis pollicie leges obſeruabat ꝙ ſtrictiſſime Verū Tirſus fixis
papilionibus incampo martis ſibi ſuiſq; cōmilitonibus ſtatio
nem preparauit BONIfacius cum trecentis iuxta pōtem vr
bis cōſedit Inſequitur rixarū percupidus Rictiouarus MAx
imiani herculei prefectus & in flagicijs compar/ Atlethas
chriſti tum ingreſſus quarto nonas Octobris Treueris ciui/
tatem Thebaicos milites/quorum cauſa venerat/ aduocatus
ſciſcitatur velint ne dijs ſuis libamina offerre/Nō emolliuntur
fortia militum chriſti pectora aſperitate verborum cōſtanter
edicūt ſeipſos deo viuo & vero victimas pacificas atq; imma
culatas hoſtias in ſacrificium laudis libauiſſe/ Inſanit furibun-
dus tyrannus/atq; ira incandeſcēs in cunctos mortis ſententiā
fert/Paret trux carnifex ſeuit in martyres & dū illos priuat vi
ta mortali ſibi ipſi mortem eternam conſciſcit Tirſus cū mul-
titudine magna in martis campo vbi fixis tentorijs cōmane
bant occubuit prope pontem Bonifacius & trecenti contri-
bules ſui Altera die ingreſſus tirannici crudelitatis habene lax
antur in PALmacium primatem & proconſulem vrbis quē
vna cum toto ſenatu capitali plectens ſententia ad vite eterne
ſenatum laureatos tranſmiſit Tertia demū die in vulgus pro-
miſcuum innumerabile tanta cede debachatum eſt vt riuuli
ſanguinis moſelle fluuium ad ſex miliaria relicto naturali colo
re in rubedinem cōmutaretur TIRſus PALmacius cū toto
conſulatu & innumera multitudine per felicis recordationis
beatum felicem treuirorum antiſtitē triceſimum ſecundum in
eccleſia ab ipſo in campo marcio conſtructa honorifice tumu
lati fuere/ Verum BONIfacius cū trecentis ſocijs iuxta pon
tem vilibus mandati buſtis chriſtianorum populis rabiē perti
meſcentibus gentilium poſt multa annorum curricula ſagaci
tate deuotione beati HILDVLphi treuirorum archipreſul
dum beatum MAXIminum a ſe renouato oratorio vt ſupra
diximus inferret & trecentos hos martyres de ponte tranſla-
tos eidem inuexit & ſepelunt magnifice ſalutis anno ſeptingē
teſimo ſexageſimo ſexto.

ASTERIOLVS martyr beatus inter ipos thebeos mar
tyres ſepultus quieſcit Hic fragilitatis proprie rigidus cenſor
de ſe vilia ſenciens dū & doctrina & ſanctitate preclarus eſſet
primitiuę eccleſię tempore hoſtiariat⁹/ lectoratuſq; gradibus
iniciatus ceteris ordinibus ſe indignum arbitratus lectoris er-
go officium ꝙ ſagaciſſime exequens predicando legem do-
mini credentibus fidei hoſtia aperuit in qua fide & pro qua de
cimoquinto kalendas Septembris martyrio finiēs vitam glo
rioſus chriſti teſtis ASTERiolus aſtrorum ſecreta penetrauit
perhenniter cum domino victurus.

QVIRIACVS cōfeſſor domini precioſus preſens dei
templum ſuorum artuum habet conſeruatorium Hunc vna
cum beato MAXImino atq; PAVlino beati AGRIcij fa-
ma duce ad treuerū cōmigraſſe ſupra deſcripſim⁹ Erat ei per
familiare crebro ſanctorū domicilia inuiſere orādi grā ꝗ ppē

ſibi angelorū amicam colloquutionem conciliauit Oranti aliquādo noctu in diui EVCHArio oratorio angelus domini apparuit dicens MAXIminum redderet cerciorem beato AGRIcio fore ſubrogandū quod & propere deuot⁹ impleuit MAXImino igit̄ a vicinis preſulibus in pontificē conſecrato QVIriacus in orationibus indies magis ac magis ardētior efficit̄ quas & nocturno potius tēpore ꝙ diurno iactanciam fugitans exercere ſolebat Inuident idcirco quidā ex clericis QVIriaco vnde confingūt ipm nō orandi ſtudio ſed vt licenci⁹ vicijs vacet noctu circuire Tāetſi MAXImin⁹ querulosis fidem integram preſtaret minime QVIriacū tamen a cōmunione inuitus repellit Contigit tandē aliquādo MAXIminum beatū ſolemnia miſſarū celebraturū ad altare ꝓperare & QVIriacum in eccleſie angulo ſe occultare cū ecce angel⁹ domini aſtat/ dicitqꝫ eius orationes exauditas epm̄ reconciliatum MAXImino quoqꝫ apparens angelus QVIriacū iniuſte accuſatum conteſtat̄ pariter & cōmonet QVIriac⁹ ex more hoſtias ad altarium ferat Tum MAXIminus oraculū angelicum cūctis innoteſcens iubet QVIriacum in angulo eccleſię latitantem euocari & hoſtias preparare Confuſi tūc criminatores nō ʒelo dei/ ſed inuidia ſtimulante beatum virū ſe incuſaſſe profeſſi ſunt Miſſa finita MAXIminus & QVIriacus in oſcula ruūt/ flent pre gaudio/ priſtinam ſibi conciliantes amicitiam/ Demū QVIriacus pridie nonas marcij trabea carnis exutus in p̄nti baſilica reconditus eſt claris virtutib⁹ & miraculis choruſcans/ Cumqꝫ miracula ingeminaret ianuas huius eccleſię nō cōtingebant claudi nocturno tēpore ne diurno dixerim⁹ ſed ſemper egri nō adulti modo verū & iſantes huc deferebant̄ ſanandi Illorum ſtrepitu horū vlulatu fratres in diuinis pagendis prepediti in cōmuni ſtatuere QVIriacum tranſſerendū ī quoddā ſui. Iuris ſeu dominij prediū ſuper Saroam fluuiū ſitum Thabena vocabulo quo vel ſic ab huiuſmodi inquietatione liberarent̄ Tranſlatus tū eſt beatus QVIriacus de hoc loco/ aliquibus tamen reliquijs hic reſeruatis ad Thabenam duodecimo kalendas Octobris vbi in virtutibus potens miraculis miracula addit Porro languentium infantum QVIriacus promptiſſimus ſaluator neſcios eorū plorat⁹ clementi percipit aure/ et qui loqui nō norūt iſantuli eiulatu ſanctū dei ad remediandū interpellāt/ Tumulus ſancti QVIriaci vbi ante corpus nūc ſacratę eius reliquię claudunt̄ a dextra huius eccleſię chori parti ſitus eſt.

HIS fulcita patronis preſens eccleſia reddit̄ magnifica horum memoria illuſtrat̄ his ſtabilita columnis firma conſiſtit ad horum ſepulchra ſanctorū / cernūtur ſepe miracula glorioſa Scitū eſt deum in templis manu factis habitare minime/ cū eū nec celi celorū capere poſſint neutiqꝫ tamen ignorat̄ ſanctorum ſacras exuuias munifica ſue propiciationis habundantia frequentare Deniqꝫ hic glorioſus ipſe deus in ſanctis ſuis mirabilia operatur ad laudem nominis ſui & gloriam ſanctorū ſuorū quorum intercedentibus meritis locū iſte tuetur non minus ꝙ intuetur Oranciū in loco iſto exaudi preces domine de⁹ in excelſo ſolio glorię tuę qui in vnitate trinitatis/ & in trinitate vnitatis viuis & regnas in ſecula amen.

PLACET nūc venerandas huius eccleſie MAXIminee reliquias nominatim deſcribere/ & primā earundem feſtiuā oſtenſionem Annuatim ſemper in die aſcenſionis domini mane circa ſeptimā horam fit oſtenſio reliquiarū celeberrima ſed minus principaliū. Principalium vero reſeruatur de ſeptēnio in ſeptennium Celebrat̄ autem vna cum paſſagio illo nominatiſſimo Aquiſgranenſi nec nō iam nouiter inſtituto verum ꝑpetue duraturo Treuerenſi die octaua menſis Iulij/ iam ad reliquias ueniamus.

## DE DOMINO IESV RELIQVIE.

Cultellus domini Iheſu quo vſus fuit in cena vltima in diuiſione agni paſchalis. De ſancta cruce De lintheo/ quo chriſtus precinctus erat in lotione pedum. pars ſatis egregia De ligno lancee/ qua latus eius apertum fuit in cruce. De purpureo veſtimēto eius/ De veſte alba ci⁹ De ſpongia qua fuit potatus De columna in qua fuit flagellat⁹/ De chorda qua fuit ligatus De ſudario quo velata fuit facies eius in ſepulchro De menſa vltime ſacroſanctę cenę eius.

## RELIQVIE BEATE MARIE VIRGINIS.

PEPLVM beate marie quo erat cooperta in annunciatione dominica/ Pecten beate marie virginis/ De capillis beate marie De lacte beate virginis marie.

RELIQVIE DE PATRO. NOSTRE ECCLE.

CAPVT Sancti Maximini archiepiſcopi Magna pars pallij beato Maximio a roma directo De crinibꝰ beati Maximini Duo baculi ſanctorum epiſcoporum Maximini & Martini quorum vſum habuerunt petentes limina apoſtolorum Petri & Pauli De ſancto agricio anthiocenorum patriarcha & treuirorum archipreſule/ De ſancto Nicecio treuirorum archiepī preclarę reliquię/ de cruribus & brachijs cū pollice De capillis eiuſdē De ſancto Quiriaco confeſſore capellano ſancti Maximini plures reliquię.

RELIQVIE APOSTOLORVM ET ALIOrum MAIORVM.

DE Barba ſancti Iohannis baptiſte De ſancto Petro apoſtolo Item de capillis eius De ſancto Iacobo maiore/ Itē dens eiuſdem De ſancto Bartholomeo Item de carne & cute eiuſdem De ſancto Matheo apoſtolo & ewangeliſta De ſanctis Simone & Iuda De ſancto iacobo minore De ſancto Marco ewangeliſta De ſancto barnaba apoſtolo.

RELIQVIE MARTYRVM.

Brachiū ſancti Stephani ꝓthomartyris De ſancto Clemente papa & martyre De .ſ. Cornelio papa & martyre Brachiū ſancti Vincencij leuitę & martyris De .ſ. Donato epiſcopo & martyre De ſancto Eraſmo epō & martyre De ſancto Valētino martyre Item dens eiuſdem Pollex ſancti Laurentij leuitę & martyris De ſancto Sebaſtiāo martyre De ſancto Quirino martyre De ſancto Mauricio martyre Itē de ſocietate eiuſdem De ſancto Gangulfo martyre De ſancto Criſtofero martyre De ſancto Ponciano martyre Brachium ſancti Laȝari a domino reſuſcitati De ſancto Georgio milite Itē dens eiuſdem martyris Pars capitis Oſwaldi regis anglorū & martyris De ſanctis Felice & Adaucto De .ſ. Tirſo duce thebee legionis martyris in eccleſia ſancti Paulini requieſcentis

RELIQVIE confeſſorum & pontificum.

De .ſ. Athanaſio epiſcopo Alexandrino Brachium ſcti martini epī De ſancto Nicolao epō De ſancto Willibrordo pmo & vltimo archiepō traiecteñ Item de Caſula eiuſdem de ſctō Huperto epō Dens ſancti Seruacij/de ſancto Lutwino archiepō treuirorū / de ſancto Benedicto abbate / de ſancto Anthonio/de ſancto Simeone confeſſore treuirorum/Item articulus digiti eiuſdem Item pars ſcapule eius Itē vitta ſeu birretum linium eiuſdem.

RELIQVIE VIRGI.

Pars capitis ſancte Appolonię virginis & martyris Pars capitis ſancte Agnetis virginis & martyris De ſancta Catharina Item de ſudario quo ante rotas ſudorē deterſit Item de crinibꝰ eius De ſancta Barbara/ de ſancta Lucia virginis & martyre de ſancta Dorothea/ de ſancta Scolaſtica ſorore ſancti Benedicti De xi:milibus virginum/ de ſancta Margareta Item de ſudario eiuſdem/ de ſancta Walpurga virgine/ de ſancta maria Magdalena/de crinibus eiuſdem Item de peplo eiuſdem/ de ſancta Helena regina Item de peplo eiuſdem Brachium ſancte Anne matris marie que fuit iniciū noſtre ſalutis/ ſic ſit & noſtre ſaluationis augmentum & moderatrix per filiam ſuam dominam noſtram mariam cū qua ipſa letatur & filio eius domino noſtro iheſu chriſto in conſpectu diuinę maieſtatis in ſecula Amen.

Singulis dominicis per annum eam eccleſiam viſitantes deuotionis gratia merentur cētum dies indulgentiarum.